

A

1616

—————

—————

X



EPITHALAMIA

IN HONOREM
NUPTIARVM NOBILIS ATQVE
EGREGII DOMINI MATTHIAE FEIA RAKO-
uini, Sacratissimæ Cæsareæ Regiæque Ma-
iestatis, in Domo Thesauraria Cassoui-
ensi Scribæ Rationarij:

Sponsi.

Nec non:

NOBILIS AC HONESTÆ VIR-
GINIS SVSANNÆ, GENEROSI QVONDAM
Domini Iacobi Beregszasij: Eiusdem S. C.
R. M. in diuersis officiis, per annos com-
plures servitoris fidelis. Filia:

Sponsæ.

Scripta

Ab Amicis honoris, amoris & bene-
volentia ergo.

Anno M. VC. VIII. die 22. Aprilis Celebratarum.

BARTPHÆ.
Typis Iacobi Klös.



Nescio quis totâ se jactat nuncius vrbe,
Vndiq; lætitiæ, dans pia signa, novâ.
An quia jam rursus Veris se tempora pandunt
Florida, tam rigido prætereunte gelu?
An quia Christiadum redeunt solemnia Paschæ
Festa, quibus Victor Christus ab hoste redit?
An quia pax toties nostras sperata per annos
Aurea, se pleno fundit amica sinu?
Fallor; namq; aliud strepitus sonitusq; tubarum
Ille monet, juvenum Virgineusq; chorus.
Hymen adest, Hymenæe tibi hæc sunt festa sacrata;
Hymen ubiq; sonat, Lauriger Hymen adest.
Aspicias vt lætâ se Sponsus proferat aula
Quem cingit juvenum turba, virum atq; senum.
Ordine procedunt longo, vox æthera pulsat:
Omne felici vt templa sacrata petant.
Principio Sponsus, quo non conspectior vllus,
Agmina præcedens splendida tecta subit.
Parte Pater dextra, facie vultuq; verendus,
Hæc sed Mystra sacer, claudit vterq; latus.
Nobilium radiat multâ, hînc, comitante caterva,
Estq; Senatorum huic turba revincta choro.
Hos sequitur populi manus, & benè culta juvenus
Ludere prompta sonos, ducere docta choros.

A ij Omnibus

Omibus vna via est, mens vnica, & vna voluntas,
Iungere vota, pias fundere & ore preces.
Vidimus en pompam, quâ Sponsus sistitur aris
Sponsus perpetuo, dignus honore, coli.
Ingenium doctas siquidem imbuit ille per artes
Hinc verâ ante alios Nobilitate cluit.
Ingenio multos sibi conciliavit amicos,
Ingenio inquirit commoda magna suo.
Sed iam tempus adest, Sponsæ vt spectemus, amici,
Ornatum, & Comites, virgineumq; chorum.
Qualis erat Dido quondam dum sacra petebat
Templa puellarum forte sequente choro.
Aut qualis Diana suis Oreadibus aucta
Exercet varios molliter ipsa choros:
Talis nostra subit celsæ testudinis Aras
Sponsa, suo tandem consocianda viro.
Hanc mediam iuvenes deducunt, longa sequuntur
Agmina, purpureas sat benè cincta comas.
Formam si spectes Iunones sunt Veneresq;
Aut si quidquam illis pulcrius esse potest.
Si mundum, rutilant croceo velamina acantho,
Estq; alius proprio corpore cuiq; nitor.
Omibus vna Venus lætos afflavit honores,
Gratiaq; in pulcro corpore multa manet.
Ipsa sed ante alios formâ pulcerrima Sponsa
Eminet, & toto est nil nisi in ore, decor.
Gemma puellarum est, pietas huic vbera quondam
Atq; pudor, nivei pectoris, exhibuit.

Inde

Inde to
Vno
Ergo sa
Dex
Talia N
Inci

CAn

DA

CO

ILL

H4

A

CIV

Inde tot hanc Iuvenes, totq; expetiére mariti,
Vno ast Matthiâ non nisi digna fuit.
Ergo sacras postquam contingunt Numinis Aras,
Dextraq; iam dextræ jungitur ista suæ.
Talia Melpomene, reliquæ & cantare sorores
Incipiunt, resonant pulpita, & alma domus:

MELPOMENE.

Candida Matthiæ nubet Svsanna marito
Auspicijs adsint Numina dextra bonis.

CLIO.

DA Deus vt rata sint nova fœdera, da placidamq;
Vitam, da multos ire redire dies:

THALIA.

Corniculæ superent vivacis tempora, & annos
Concorsitq; animus, Turturciq; dies:

EVTERPE.

ILLE in amore pio Graecum præcesserit ipsum,
Corneliæ vitam qui tulit ante suæ.

TERPSICHORE.

HÆc superet castos Alcestis pectoris ignes,
Conjugis hæc mortem morte luit propriâ.

ERATO.

ARdeat hic Sponsam fatis melioribus, atq;
Arserat vt raptam Plautius, heu sociam.

A iij

CAL.

Inde

CALLIOPE.

Ardeat hæc Sponsum, fatis melioribus, atq;
Arserat vt Brutum Porcia casta suum.

VRANIA.

Moribus & Sponsum, vincat non, vndiq; sanctis
Nasica de multis clarior ille viris.

POLYHIMNIA.

Moribus & Sponsam vincat non vndiq; castis
Sulpitia è centum foemina lecta aliis.

CHORVS.

Laudetur foecunda domus, sobole atq; triumphet
Quæ matrem formâ refferat atq; Patrem.
Accrescat domui bona gratia, resq; domusq;
Lis turbet nunquam pectora, pax foueat.
Gloriaq; egregiis se attollat debita factis
Sic vester nulla concidat arte fauor.

Alexander Sozowinus Briznens;
Ludirector Cassouienâ.

ALIVD.

ὄντος μὲν καλὸς ἐστὶν ὁσ' αὐτῷ πάντα νοῖσται
ὅς δ' ἐθεύο καλὰ χεῖρ' ἔματ'α πολλὸν ἀμείνωρ:
ταυτ, οὖν περὶ τὸ μῦθος μὴ πῶς ἀπολήγῃ ἀμύνωρ
ὡ μισῶν θεῶν ἄρε σκέπασ δ' ὄψ, ἠδ' ἀγαθός:
γέννησον μαλὰ τεινὰ θεῶν εὐχέστε γασαῖκα:
ἢ δ' ἔχουσ' πολλὸς δ' ἄγων ἐγγύστο ἀεῖσα.

ALIVD.

ALIVD.



Rbitror haud alios traducere suavius æuum,
Aut quòd conditio sit cui iucundior vlla;
Vxorem quàm qui cœlesti munere nactus,
Constantem thalami Sociam variiq̃ue laboris;
In cuius liceatq̃ue sinum deponere tuto
Intima secreti quicquid præcordia celant;
Qualiscunq; virum nam constellatio verset,
Commoditate suâ occursat iucunda marito;
Pulchrè edocta domi ad sanctæ pietatis amorem;
Et cultum omnimodæ virtutis; dosq̃ue sit illi
Summa præesse suæ domui conjuncta decenter;
Moribus atque animi donis vultuq̃ue decora;
Hic se felicem vir prædicet atque beatum.
Ergò te lætum statuit multumq̃ue beatum,
Omnipotens nobis Matthia chare bonisq̃ue:
Quod benè dotatam tibi defert vrbe maritam
Tàm celebri, cuperet quali se quisq; beari.
Sic tua processus habeat fortuna perennes:
Sic æquet pia Sponsa virum bonitate fideq̃ue;
Sint procul hînc lites, furialis Erinny's & absit;
Sint procul & curæ tristes, & tristia fata;
Vos sacra non dubio conseruet amore Dione,
Vt noua Coniugij sint prospera fœdera vestri;
Vos regat vna fides; seruet concorsq; voluntas;
Quid plus? Nestorlos felices viuite Soles.
HOC precor, & pia non fient spero irrita vota.

Melchior Rohaczius Tur:
Ludirector Epperiens:

ALIVD.



Nox erat obscuris frontem redimita tenebris
Cui comes accessit noctis amica quies,
Fracta labore madens animâlia somnus habebat,
Et mea mulcebat languida membra sopor,
In somnis linguas ad iurgia solvere vidi
Concita numina, quod visio mira fuit,
Iurgia neētebant & tetrica praelia linguæ
Mercurius, Iuno, Pallas, Apollo, Venus.
Numinibus juvenis speciosus præbuit ansam,
Qui tantæ litis proxima causa fuit.
Hunc sibi Apollo, sibi Pallas, sibi vendicat Hermes,
Vult Lucina suum, vult Venus esse suum.
Inducunt rabidas, iras cæci que furoris
Effundunt frustra flumina tota sui.
Instant, obrundunt, nullus vult ferre repulsam,
Ambitio nulli cedere vana sinit.
Denique cum reliquis parili Saturnia nutu,
Ad jus appellant arbitriumque Iouis,
Se citò surripiunt tremor intima concudit ossa,
Fit mora nulla forum iudiciale petunt,
Mox indignantes se sistunt ante tribunal
Ac veniam fandi supplice voce rogant.
Iupiter iratos superos miratur, avet que
Quid nam portendat factio nosse Deum.
Se facilem præbet dictis accommodat aures,
Et sibi quid cupiant significare jubet.

Exemplò

Exemplò furibunda prior Saturnia Iuno
Incipit, & tales mittit ab ore sonos?
Iupiter invanum implerem sermonibus auras
Iustitiæ ni esses conscius ipse meæ.
Est juvenis nostri teneris mihi carus ab annis,
Quem benè Matthiam nomine Feja vocant,
Hunc ego promovi semper gratata clienti
Magna etenim nostri pars fuit ille chori;
Auspiciis nostris Musarum castra secutus
Bellerophontæis est satiatus aquis.
Auspiciis nostris hos est sortitus honores
Artes ingenium denique quicquid habet,
Ergò Matthiæ meritò patrona vocabor
Quem totum soli vendico jure mihi.
Nil aliud restat quàm Iupiter ut mea vota
Iudicio firmes arbitrioque tuo.
Invida nam nunquam superiorum turba quiescit
Ereptum mihi per fasq; nefasq; cupit,
Iupiter idcirco mihi suffragare rogate
Consortem me rex adlere summe tuam.
Vix hæc finierat subito facunda Minerva
Impatiens contra talia dicta refert:
O Pater hanc nostram grator te iudice causam
Cognosci cum sit cognita & ante tibi.
Matthiam de quo miscentur jurgia Fejam
Ipsa tibi ratio dicitat esse meum.
Nil opus est verbis, benè scis, sic fata tulère
Ut fieri sapiens me sine nemo queat.

B

Hic

Hic tibi si mentem sapientia docta videri
Altera, si spectes verba, Minerua potest.
Quare Matthiæ fac sit mihi copia nostri,
Emoriar si non noster alumnus eris.
His Venus ingenti mox interfata dolore est,
Plura nec est studio Pallada passa loqui.
Miror, ait, juvenem sibi quòd Saturnia soli
Miror quòd Pallas venditat, alme parens;
Cum tamen ambiguum non sit quæ quantaque dona
Illi contulerim: res manifesta satis,
Namq; oculis oculi, capiti caput, auribus aures,
Ejus conveniunt oribus ora meis.
Enitet ex oculis ejus præclara venustas,
Et blandum redolent omnia verba jocum:
Hæc ego cum nato nostris largimur alumnis,
Ergò Matthiam quis neget esse meum?
Vix ea fata Venus cum protinus Augur Apollo
Hac flexo alloquitur poplite voce Iovem:
O utinam venerande parens ille afforet ipse
De quo nunc superi jurgia vana movent:
Diceret Aonidum quid turba novena sororum
Et quid profuerit præses Apollo sibi.
Diceret ingenuè, duce me, quibus artibus ipsum,
Et quibus ornârint moribus atque fide.
Sed cum summe parens hæc sint tibi cognita, nobis
Ius sine teste sacrum jam benè ferre potes.
Hæc ubi dicta, decus cœli Cyllenius infit,
Et docto, fundit verba diserta, sono:

Audisti

Régi nyomtatványok, Lyceum, Kežmarok:
/307.ig.j./

Audisti questus hominum sator atque Deorum
Iunonis, Phœbi, Palladis & Veneris,
Qui variis juvenem rationibus esse, clientem
Et parili fatagunt voce vocare, suum;
Attamen hoc Venerande parens quis dixerit vnquam
Quod nil Mercurio debeat ille suo:
Quo duce tam varias linguas, didicitq; canora
Et Cytharæ & Geticæ plectra movere lyræ.
Iupiter idcirco qui præsens omnia cernis
Litem iratorum dirige quæso Deum.
Hæc fatus silet & tranquilla silentia præstat,
Responsum expectans iudiciumque Iovis.
Obstupuit, dubius pro quo suffragia ferret,
Iudex, cui nullum lædere cura fuit.
Multa movens animo quid respondere deabus
Quidve diis deceat, dicta referre nequit.
Denique quid factò sit opus perspexit, eisque
Post longas cœpit verba referre moras:
Constat in hoc Veneris, Phœbi, culturæque Minervæ
Constat Iunonis, Mercuriique labor;
Auspiciis superi & studiis communibus istum
Vos servate dii, vosque fovete Deæ.
Ac ne quid desit juveni, date pignora, docto
Iungatur socio casta puella toro:
In quam communi studio conferte, puellam
Munera vestra dii, munera vestra deæ.
Consensere omnes, superiorum turba quiescit,
Et manibus pedibus plaudit ovatque suis,

Audisti

B ij

Huic

Huic dicto citius communi voce Vedani
In sociam optatur deligiturque nepos.
Organa grata sonant, Sponsis gratantur honores
Et cytharæ, atq; tubæ, tympana, naba, chelys.
Perfora perque vias, currit generosa Juventus,
Et festum thalami conceleberrare studet.
Hæc mihi cernenti, & cursum celerare volenti,
Haud facit officium pesq; manusque suum.
Excitor; extemplò nova fertur fama per urbem
Somnia, quæ constans, vera fuisse refert.
Fundite lætantes testantia júbila mente,
Iustitiæ juvenes & nova signa date.
Matthia Socero, Genero gratare Vedani
Digne parens Genero, digne parente Gener.
Nos quoque Matthia tibi nunc gratamur amici,
Quòd datur in thalamum culta puella tuum.
Vivite concordēs sèntantes Turturis ignes,
Alter & alterius ritè subite vices.
Vivite felices, date pignora, vivite Sponsi
Vivite Nestoreos, ac sine lite dies.
Te precor his Iesu longævam Christe salutem
Da, & post hanc vitam regna beata poli?

Ioannes Cosmannus B.
Collega Scholæ
Epperiensis:

ECHO.

ECHO.



Z vádon erdőben ki lakol tőled, Echo, ma
várják

Házafok az válazt, s-Házafulandók. ECH.
adok.

Nem lehet az férfi maga csak, kel társa: de mond meg

Ellyenek hogy ketten állapatiokual? ECH. okual.

Democritus, nincz ok, csak casus, monta, közöttök

Az beretet; melyben ninczené más yt? ECH hazud.

Tiltia vizont más rend bizonyos semélieknek erőssen,

Végre feiére mi jü, mint à Barátok? ECH. átok.

Istentől vagyoni hát két bñv hogy így egybe kötődik,

Es soha más senki ninczen küüüle? ECH. töle.

Nagy dolog hogy fottig kel eggyüt lakniok, őket

El vehetié egy mástól, az Anya s-Apa? ECH. kapa.

Lébé tölök tauoly minden sok fele vesödés,

Hogy ha foházkodnak az IEHOVAHOZ? F.CH. ához.

Az feleleg termet bölö vesöhöz hasonló,

Hozuán magzatokat kedues ágyából. ECH. ából.

Az Zombédnakis hát mint hogy vagyoni immár az Vrtól

Házás társa, légyen dulce seuamen. ECH. amen.

Az vizet ő borra tegye, sok köserűség azonban

Változzék; procul hinc asperiora. ECH. ióra

Az beretetbe Pater neue bép légyen arra visellyen

Gondot, és el teluén két hat Hó Feia ECH. fia.

AZ KIS TOBIAS KÖNYVÉGESE.

KEgyelmes bent Atia
s-Istene Atiáimnak
Nincz ki meg foghattia
Melységét tanáczoznak
Az Eghnek nagysága
Czillagok soksága
Téged Wrnak vallonak.
Hogy minden általad
Teremtettek semmiből
Az embert formálád
Személyedre az földből,
Euát ösue adád
Adámual meg áldád,
Atiai berelmedből.
Felféged mert tizta
Mindiárt az tiztaságot
Eö reáiók bizta
Bölcszen az Házasságot
Az berint élnének
Téged diczérnének
Meg vetnék az rutlást.
Nálad lép bédüctség
Kiiár az határában,
s-annálnincz kedüesség
Rút Venus táborában

Söt

Sőt inkább vtállya
Mihelyen azt hallya
Tizta minden órában.
Tudod azokáért
Wram én bándékomat,
Nem az buyaságért
Szerzem Házaságomat,
Sem vgy élő állok
Mint oktalant hallok
Biriad gyarlóságomat.
Kéuánom hogy ériem
Sok vdeiét Sárámnak
Véle meg venhedgyem
Szép oflopit házamnak
Sok rendben fiakat
Sűrő vnokákat,
Kik neked bologályanak.
Legyenek mindnyáian
örök esmeretedben
Magokat iól biruán,
Isteni felelemben,
Ió ferencze velünk
Legyen hirünk neuünk
Nyuits bép áldást éltünkben.

SARA

SARA KÖNYÖRGESE.

Neked nagy W: Isten
Könyörgők büntelen
Kilakozol menyegben,
Sok köserűségim
Szerenczétlenségim
Iuffonak füleidben.
Fériedim kik vóltak
Mely rútúl meg hóltak
Gyakran vadnak elmémben,
Közél már az óra
Engedgyed hogyi óra
Kezdgym Házaságomat.
Kit most meg mutattál
Véle ősbue adál
Oltalmázd taplalómat,
Tarcz meg az Tobiást
Mert már nem várok mást
Vezérellyed dolgomat.
Vetette Eleink
Mi édes búleink
Czak bennünk reménségét,
Rövid óráioknak
Eö állapattioknak
Mert láttiák már vénségét
Váriák suhaytással
Sokkönyhullatással,
Gyümölczünk ékessegét.

Maid